Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



misero homine sermonem malum eliciat. aut ille ini
quum opus extorquerit. aut ille cogitationem pessimam
rapiat; Denique & semen uerbidi ubi cecidit & deperit.
triplex describit locus. Unus secus uiam refertur.
qui conculcat abhominib.. alius in spinis. alius in petro
sis. Et econtrario terra bona adferre dicit triplicem fructum. uel centesimum. uel sexagensimum. uel
tricensimum. Triplex ergo est & ipse bene agendi uia; nihil ominus enim uel opere uel cogitatione
uel uerbo boni aliquid agit. Hoc idem significat
& apostolus cum dicit. qui autem aedificat super fundamentum
hoc. aurum. argentum. lapides pretiosos. triplicem
bonorum indicens uiam. Subiungit nihilominus
triplicem & ipse malorum cum dicit. Ligna. faenum.
stipulam; isti sunt namque testimonia strictorum angelis
neque ex exercitu scenonis. qui stent In huius
modi uiis obseruantes unumquemque nostrum phaeca
gere in peccatum. quos dimergit dominus in rubrum mare.
& ignis eos in die iudicii fluctibus tuebit. & a poenarum pelago tegit. Studium sequens deorum po
testate subtraxeris. deciderunt in profundum quasi lapis; quia cecidit in profundum tamquam
lapis. quia non habuerunt talem lapidem. de quibus suscitari possent filii abrahae. sed talem qui amarent